Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

Epistola II. Alexandri Papae III. Ad Arnvlphvm Lexoviensem Episcopvm. De rebus in Conciliabulo Papiensi gestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Visual Library

larum omnium inundatione ſedata, nihil erit quod iam ei poſſit obſiſtere, vbi vnicus eius ſponſus voluerit nubiloſa quæque & noxia propulſare. Nunc igitur quia nos de noſtrorum meritorum qualitate diffidimus, & de honeſtate & religione veſtra plenam habemus fiduciam, veſtris & vniuerſalis eccleſiæ precibus infirmitatem noſtram petimus adiuuari: caritatem veſtram per apoſtolica ſcripta rogantes & commonentes attentius, vt ſicut viri catholici vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis, & in deuotione ac fidelitate matris veſtræ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ immobiliter perſiſtentes, ab eius vnitate nullatenus recedatis quod ſi præfatus vir impietatis: ad partes veſtras aliqua damnationis ſuæ ſcripta tranſmiſerit, ea ſicut reſpuenda ſunt reſpuatis, & tamquam vana ac ſacrilega contemnere & abiicere ſtudeatis. Nouerit inſuper diſcretio veſtra, quod nos ſupra nominatum Octauianum, apoſtaticum & ſchiſmaticum, in octauo die a conſecratione noſtra, tunc enim terminum ei reſipiſcendi, & ad vnitatem matris eccleſiæ redeundi præfiximus, tamquam inobedientem & contumacem, & illos qui ei manus præſumerent, non dicimus conſecrationis, ſed execrationis imponere, de communi fratrum noſtrorum epiſcoporum & cardinalium voluntate atque conſilio, accenſis candelis, & cœtu clericorum in eccleſia congregato, vinculo anathematis & excommunicationis aſtrinximus, & eos cum ſuo auctore diabolo condemnauimus.

EPISTOLA II.
ALEXANDRI PAPÆ III.
AD ARNVLPHVM LEXOVIENSEM EPISCOPVM.

De rebus in Conciliabulo Papienſi geſtis.

Alexander epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c.

LITERAS a tua nobis prudentia deſtinatas tanto hilariori mente, *&c. Extat infra in actis Conciliabuli Papienſis, anno* 1160.